



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LII. Abt Conrad von Hillersleben überweist seinem Convente einige
Einkünfte, am 20. August 1325.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LII. Abt Conrad von Hillersleben überweist seinem Convente einige Einkünfte,
am 20. August 1325.

Ad habendam rerum temporalium rite ac rationabiliter gestarum memoriam propter oblivionem, que faciliter ducit in errorem, Opus est eas literarum testimonio fideliter roborari. Ea propter Nos Conradus, dei Gracia abbas monasterii hildeffleue, sex solidos reddituum nostro Conuentui, cum omnium fratrum nostrorum consensu vnanimi et voluntate, assignauimus et assignamus pro tribus marcis et dimidia marca, Quas soluere tenemur ex parte predecessoris nostri, ut dicitur, Domino Gherardo, plebano sancti Mauricii in halberstadt, superaddita nobis dimidia marca. Quam pecuniam idem Dominus Gherardus Conuentui nostro pro remedio anime sue contulit, ut anniuersarius Domini Gherardi predicti in conuentu post mortem ipsius peragatur annuatim. Pro qua pecunia redditus sex solidorum, donec liberare possumus seu liberari possint, in hac villa Hildeffleue nostro conuentui obligamur, quibus redemptis pro quantitate pecunie memorate videlicet quatuor marcarum ad manus abbatis deuenient, sicut prius. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXV^o, XIII^o. kal. Septembris. Testes huius sunt hinricus de suedhen, ludolfus de eylffleue, hospitalarius, hinricus de drakenstede, albertus, cultos, Fredericus de helmstede Et alii quam plures fide digni confratres nostri.

Cap. II, fol. 19.

LIII. Die Grafen Albert und Bernhard von Regenstein vereignen dem Kloster Hillersleben
Besitzungen, im Jahre 1326.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis albertus et bernardus, dei gracia comites de regensten, omnibus in perpetuum. Que geruntur in tempore de facili euanescunt cum tempore et de gestis hominum eciam laudabilibus de facili dura emergit calumpnia, nisi obliuio rerum per scripti memoriam auferatur. Notum sit igitur omnibus, presens scriptum inspecturis, quod quidam famulus, nomine iohannes pape, quedam bona, in campo wedrige sita, videlicet dimidium mansum cum quartale vnus mansi, quod vulgarter dicitur drierdel landes, de manibus nostris in feodo tenuit predictaque bona vendidit quibusdam burgenfibus in haldeffleue, nicolao et ludolfo, dictis de drakenstede, nec non hinrico fratri eorum, monacho in hildeffleue, et nobis nomine suo, et uxoris sue, omniumque heredum suorum libere resignauit, humiliter supplicans, quatenus ius proprietatis, quod in eisdem bonis iure hereditario habere dinoscimur, ob salutem animarum nostrarum omniumque parentum nostrorum monasterio sancti laurencii martyris in hildeffleue, nec non capellule gloriose virginis marie in eodem monasterio conferremus, ut prouisor monasterii fructus prenotatorum bonorum vni ex confratribus suis committat percipiendos, qui tercia die in ebdomada missas in prescripta capella celebret, binas de domina nostra scilicet salue sancta parens, secunda rorate celi, terciam pro defunctis, pro salute parentum burgenfium predictorum. Nos